exhibeant studiosos, omni equalitate servata, quod tota et integra quantitas in qualibet terra vel loco taxanda per taxatores eosdem recolligi valeat et haberi, et quod nullum residuum racione paupertatis vel absentie aliquorum non posse haberi proponant; et si ~~quod~~ quidem huiusmodi occasionem de taxatione defecerit, de bonis eorum regia curia suppleatur.

[d.] Item quod nulli taxatorum preces offeras vel offerri facias vel mandari seu comminari per te vel alium quoquomodo presumas, ut alicui de terra ipsa in subvencione taxanda gratiam faciat vel levamen.

[e.] Item quod de particulari taxatione ipsius terre vel loci fieri facias, ~~etiam~~ in a) terris videlicet demanii quaternos quatuor, quorum unum tibi retineas, aliud sub sigillo tuo collectoribus assignes, tercium sub sigillo tuo penes aliquem probum et fidelem virum, quem tibi communis ipsius universitatis electio presentabit, de quo per eum cuilibet scire volenti quantitatem sibi impositam copia gratis fiat, retinendum assignes et quartum magistris racionalibus infra mensem unum a die impositionis collecte debeas destinare et ab eis exinde ad cautelam recipias responsales; in terris vero ecclesiarum, comitum et baronum tres tantum quaternos fieri facias de predictis, unum penes te retinendum, alium collectoribus assig-

a) Reg. etiam

~~3) Reg.: occasionem~~